5. Quando benignissimus Salvator Petrum constituit in pascendis ovibus Vicarium, prædixit ei mortem a tyrannide inferendam, inquit: (*Matth. 26.*) *Cum esses iustus, clavisas te, & ambulabas ubi volebas, tunc autem sententia, extendens manus tuas, & alius te clavit & ducet, quo tu non vis.* Nota cum Terulliano, in Scorpiac. per verba illa, *extendens manus tuas*, alludit Christus ad mortem crucis, quam extentis manibus esset subiturus. Car autem addit: *duci quo tu non vis* ut præfigeret illi renitentiam, & naturalem horrorem contra mortem, quam etiam revera Petrus effugere postea volebat; cum enim Romæ in carcere Mamertino captivus teneretur, suadente ei Christiani, ut fugam capesseret. Petrus suadentibus manus dedit, & evasit. Verum extra urbis portam viæ Appiæ occurrit illi Christus Dominus crucis farsina onatus. Procidens in genua Petrus quærebat: *Dominus quid vadis?* & Christus: *Vado Romanam iterum crucifigi*

pro te: (*Baron. Annal. Eccl. an. Chr. 69.*) Erubuit Discipulus, intellexitque Christum non in suo; sed in Vicariis sui corpore velle crucifigi, mox ergo ad carcerem reversus mortem generose subivit. A Petro transeamus ad Paulum: Non ita meticulosus erat ille quam ille; cum enim in vinculis teneretur, sine fine suspirabat ultimam horam, accusabat mortem tarde gradientem, provocabat carcerificos ad tormenta. *Asphærum habens discipulos, & esse cum Christo.* (*Phil. 1.*) Jam pensata hæc differentia quæ: cur Petrus per mortem ad Christum ire trepidat, Paulus vero hoc ipsum a morte desiderat? Licet mihi ad rem nostram responsum formare: In Petro videmus, quod faciat natura sibi derelicta; relugit Deum & omne bonum. In Paulo agnoscimus, quam potenter gratia ad Deum trahat. Non volo hic quidem affirmare, Petrum dum mortem fugiebat, fuisse desitutum gratia Dei. Abiit a me, ut hæc injuriam sanctissimo Apostolo impingam: sed tantum per modum exempli aut similitudinis declarare cupio, quomodo homo sine Dei gratia fit instar Petri infirmus, cum gratia autem instar Pauli magnanims.

§. II. Debet gratia dispositione acquiri.

6. Jam adverte, mi Christiane, quis scrupulus animam tuam vexet: Hæc gratia, inquit, dependet a libera Dei voluntate. Redde ais: Ergo potest illam Deus mihi dare vel negare? Iterum bene: quomodo ergo gratiam non habuit impetrare potero? Age, applica animum ad ea, quæ dicitur sum: Patriarcha Noëmus, cum durante diluvio in arca diu sedisset; exploraturus, num aquæ remitterent, & terra denovo habitabilem se præberet, exsursum, in fistigium arce ascendit, & aperiens tectum arce aperit, *videlicet quod explicata esset superficies terræ.* (*Gen. 8.*) Quid agis optime fenecio? cur caput super tectum effers? nonne in latere arce fabricatus es fenestram? per hanc ergo explora-turum prospice, & tectum integrum relinque: Ita ego quidem loquor: verum Henricus Cistæ-nensis lib. exercit. in Gen. altam hæc super re animadversionem facit: de calo, inquit, descendit Dei ira totam terram inundans; ergo tectum de calo expellari debuit misericordis, quæ terra habitabilis fieret: sicut ergo prius Noe per stru-turam tecti contra deplum Nummius tram se defenderat; ita nunc aperto tecto misericordis Divinæ influxum excepimus, non per fenestram, sed per fastigium prospicimus. Quid hoc ad nostrum propositum? gratia Dei, quæ ad bene operandum indigemus, de calo venit; nostrum igitur est, ut hanc misericordiam Bonitatis influxum aperto sursum corde excipiamus; quamquam enim Deus gratiam suam nemini denegat, dispositionem tamen ex parte nostri requirit. Qualis est ista dispositio? Est multiplex. In primis ad impetrandam gratiam sicut ingens in Deum confidentia; exemplum habemus in Davide; (*1. Reg. 17.*) cum eoin immanis Goliath Israelitarum fortissimus ad singulare certamen provocaret, venit David

David in castra, fratribus suis militantibus alimentera affertens: vidit ibi neminem et toto exercitu aulium cum hoc Thracone congressi, quod indignum ratus adit Regem Saul, & pugnantem contra eum tantam licentiam petit, & Saul admiratus inbellis adolescentuli temeritatem distulit ei pugnare: verum David magis exardescens: *Nunc vadam, ajobat, & auferam operibus populi.* Quare nunc? Ideo repouit S. Basilus orat. 15. quia quanto magis Saul de inbecilli ejus aetate, & armorum imperitia diffidebat; tanto magis David in gratia Divina auxilio confidentiam collocabat, inquitens: *Non viribus meis fretus, sed gratia in aciem prodexi.* Sic pugnavit, gratia adjuvante vicit, gloriosum triumphum reportavit, fuitque verificatum, quod Bernardus ser. 3. de annunc. enunciat: *Dei non ponit eisam misericordiam, nisi in vase fiducia.* Secundo ad impetrandam gratiam facit profundam humilitatem: exemplum habemus in Centurione Capthamata; cum enim rogaret Christum, (Luc. 7.) ut servum suum paralyticum sanaret, accesserunt seniores Judeorum ad Dominum pro illo intercessores fidei, dicentesque dignum eum esse hoc beneficio, eo quod diligeret gentem Judaeam, & Synagogam illi edificavit: verum Christus non attendit ad eorum preces; cum autem Centurio humiliter precibus protestaretur, *Dominus non solum dignus, ut faceret sub vestram manum, sed tantum die verbo & sanabitur: quare meus, & nunc enim vero Dei Filius dignum illum censuit, ut non tantum in domum, sed omnino in cor illius cum gratia sua ingrederetur.* Tercio ad impetrandam gratiam facit charitatem Dei quam proximi; quia Optimus Maximus Deus plane ab humana liberalitate nunquam se patietur superari. Exemplum iterum habemus ex coronato Platone: erat ille vel maxime & numero veterum Patrum, qui ardentissimis desiderijs venturum Messiam suspirabant: enumerabat & suas & alienas provincias, divitians, ex qua desideratus Salvator oriturus esset, cum subito exclamare cepit: *Moab olla sibi mea, (Psal. 59.)* quibus verbis quasi dicere voluit: si Deus decrevit non in meo, sed alio regno Salvatoris incunabula figere, non est, quod de alia provincia quam de Moabitarum magis sperem: quare autem de hac? S. Paulinus Episcopus Nolanus Ep. 3. respicit ad Ruth Moabitidem, quae inter progenitricis Christi recensetur: *Booz genuit Obed ex Ruth. (Mat. 1.)* Cum ergo liberalissimus Deus, qui nullum obsequium incompenlatum relinquit, acceperit carnem ex Moab, ideo David omne bonum inde expectabat. Denique ad impetrandam gratiam facit devota & constantis oratio; sicut erudit Salomon pro sapientia; ita nos pro gratia ad Deum clamare debemus, *Missa illam de caelis Javabit ratis, & a sede magnificentissimae tuae, ut mecum sit, & mecum laborat. (Sap. 9.)* En praesens: en media ad acquirendam gratiam.

§. III. Et cooperatione consensu.

7. Quare modo, quae ergo operationes & effectus hac gratia in homine producat? Respondet, hanc gratiam nobilissimum quoque duplicem operari effectum, id quod ex duplici Scripturae loco declaro. Sanctus Rex David describit frigus ex nive, & glacie emanatum, per quod utique peccati & tepiditatis damna intelligi possunt, exponitque modum, quo illud solvatur, videbret per ventum australem, qui jubeat Deo seren. persilans omnia in aquas solvit. *Flavit spiritus eius & fluxit aqua. (Psal. 147.)* De hoc eodem agit Ipoala, quae graviter dolens de damno, quod siccus & frigidus Aquilo in horto suo cauteraverat, ait: *(Cant. 4.) Veni auster, & postea horum meum, & fluxit aromata.* Ergo autem duplex beneficium hortis praestat, solvendo glaciem & fuscandam plantas? Ita est! quid autem intelligitur per austrum, S. Gregorius Nyssen. Hom. 10. in Cant. intelligit Dei gratiam, quae non tantum peccatricem animam in lacrymarum penitentiae solvit, sed eandem amoenissimam virtutum aromatibus exornat. Haec duplex est operatio gratiae, mandare a peccato, & exornare virtutibus. Utriusque huius operationis specimen non potest clarius dari, quam in conversione Apollolorum, quos Christus Dominus a piscatura, & a melonio a negotijs secularibus, a peccatis ad Ecclesiae principatum vocavit. Quid mirabilis Paulo? erat Synagoga defensor, & ascensus Ecclesiae persecutor acerrimus: propebat plenis furis Damascum, ut trepidam & tenuem Christianorum turbam ibi exstingueret & extirparet: in via subito fulgore occupatusque deficiit, audit vocem e nubibus *Saul, Saul, quid me persequeris? (Act. 9.)* agnoscit suam culpam reatum, dat victas veritati manus, triduo jejunijs & oratione animam expiat. En! qua ratione gratia a peccato emundet! Dein Paulus lactus ex lapo agnus, totumque fore mundum peragrans indicibile est, quanta mala pro fidei incrementum, ac Dei gloria passus sit, & quantos labores susceperit. En! qua ratione gratia virtutibus dicit. Vultis aliud exemplum in quoad hunc clarius, manifestissime hae res elucidat? Tempore atrocissimae persecutionis, (Resignol. mir. fact. 1. p. 14.) quae Diocletianus tyrannorum crudelissimus Ecclesiam Dei extirpare cogitabat, erat in Aegypto Diaconus nomine Apollonius, qui ob fidei professionem ad ethnicis praetoris tribunal vocabatur. Optimus hic, & ceteroquin sanctissimus Vir, cum terribilibus, quibus Christiani cruciabantur, tormentis conspiceret, ex humana fragilitate non metu obruebatur, ut iudicium, & mortem a se declinare decreverit. Eum in finem rogavit quemdam Philomenum, qui inter ethnicos theatralium mimum, aut histrionem esse solebat, ut mutatis secum vestibus, se iudici ferret. Philamonem ingratum non erat hanc ludere subulam, acceptat oblatas sibi pecunias, assumit Apollonii habitum, & sitque

ic Pra.

se Praetoriano. Verum ecce potentiam gratiae Divinae: cum habitu sancti Diaconi revera animum Christianum induit: quatum enim a Praetore, an Christum profiteretur, intrepidus reposuit: Profiteor Christum, & exoror gentium Deos tanquam demonum simulacra: subxit inde Jovis pectus, putans Philomenum jocari; verum cum ille protestaretur serio se agere, statimque Jovis publice conspuere, tunc enim vero iracundia motus iussit produci equales, sartagine, omnique crudelitatis instrumenta. Interim omnis populus, qui spectatum accurverat, clamosis vocibus precabatur iudicem, ut Apollonem pacem, totamque iram in Apollonem, ejus seductorem converteret. Iudex his vocibus magis effertus jubet adduci Apollonem, adductumque auctere objurgat, quod magicis artibus mutatione vestium testis optimum civem suum non sine laetu totius civitatis fascinasset: verum veniam tibi dabo, subjunxit, si jam nunc sine mora Jovi sacrifices: Ego Jovi sacrifices? subinterbat Apollonius? Abit a me. Crucifecit quidem, quod insantili metu tua tormenta fugerim, sed & gaudeo nunc quod Philomeni una cum vestium mutatione Christianum animum inspiraverim: Vivat Christus! pereant Dii gentium! quis explicet, quantis furis non Iudex Anianus exandescat: praecipit, & Philomenem & Apollonium abripi, verberibus contundi, arbori alligari, & sagittis configi. Milites exequuntur, quod jubentur: & ecce, miraculum! ne una quidem sagitta sanctos Martyres tetigit, quin uno una illarum retro acta Iudici Aniano oculos excussit. Lamentabatur iste, & S. Philomenam illum solabatur, inquitens: Infelix, ut prodigiosam, quam Christus verus Dei Filius martyrius suis consert, virtutem agnoscas, promitto tibi, quod si post meam mortem de sepulchri mei pulvere modicum sumperis, coque oculus conspuleris, integram vitam recepturus sis. Respondit promissioni eventus, postquam enim sanctus Martyr capite plexus est, accitit Anianus ad ejus tumulum, pulverem oculo applicuit, & ecce! quis non iterum prodigiosam gratiae Divinae vim admiraret? non solum corpore sed etiam animo illuminatus, Christum publice professus, dein a lictoribus Alexandriam perductus, ibique post innumera tormenta pro Christo genere extulatus. In mare projectus, sed a delphino littori relictus, in sepulchrum sancti Philomeni illatus est. Hinc mirabiles gratiae Divinae triumphus: convertit Philomenem, confortavit Apollonium, illuminavit Anianum, omneque tres martyrii laureola coronavit.

8. Verum, quod maxime & ante omnia monendum est, oportet, ut gratiae invitanti cooperemur: debemus, quando Deus vocat, cum S. Petro mox relinquere omnia, debemus cum S. Mattheo sine mora surgere ad sequelam Christi, debemus cum S. Paulo respondere: *Dominus quid me vis facere?* Notata dignissima est loquendi methodus, qua Moyses hitoviam creationis descri-

bere incipit: *(Gen. 1.) In principio creavit Deus caelum & terram, terra autem erat inanis & vacua.* Porro haec ipsa terra sic plantis vacua die tertia facta est frugifera, protulit herbam virescentem lignumque faciens fructum. Jam nota subnexus epiphonema: *Et vidit Deus, quod esset bonum, quo dicit vult, quod Deus in producta terra sicut arifex in peracto suo opere delectatus sit.* Sed quero, cur Dominus Deus non jam ante, cum terram produxit, mos flet in illa contentus? cur primam tunc, cum terra herbas, & fructus prodigine caperit? Nimirum ideo ut nos doceret, Deum non delectari, cum gratiam nobis infundit, sed cum nos gratia cooperantes gerit. Gratia est opportunus & fereus ventus, quo per turbulentum mundi mare ad portum beate aeternitatis provehimur: ergo ex parte nostra opus est, ut vela expandentes hunc ventum pleno sinu excipiamus. Gratia est fuenis, qui nobis in puteum iniquitatis, & desperationis abyffum prolapsis porrigitur: ergo ex parte nostra opus est, ut sinem hunc ambabus manibus amplectamur, nisi quo possimus maximo sursum elucemur. Gratia est vox amici, quae nos in tenebris aberrantes in semitam salutis revocat: ergo ex parte nostra opus est, ut huic voci respondeamus, eamque alacriter sequamur. Ita scilicet se testatur Genium Apollonius: *(1. Cor. 15.) Gratia eius in me usque non fuit abundantius amicus laboris: non ego, sed gratia Dei mecum.* Supra qua verba Cassianus Coll. 13. c. 13. ita commentatur: *Cum dicit, non ego, sed gratia Dei, virtutem Divinae praedilecti ostendit. Cum dicit, mecum, non otioso, sed laboranti, ac sustinente eam cooperatum fuisse declarat.*

9. Epilogus. Nihil igitur superest, Christiani mei, nisi ut pro coronide vos alloquar verbis ejusdem Apostoli: *(2. Cor. 6.) Hortamur vos, ne in vanum gratiam Dei recipiatis.* In vanum recipimus gratiam, cum illi non cooperamur, id est, quod ex eo capite periculosissimum est, quia Deus ejusmodi gratiam in vanum collatam omnino nobis adimere, & alteri tribuere solet. Noane id nobis manifeste insinuat per parabolam sterilis ficus, quam Christus Judaeis impoenitentibus protulit? Pater-familias, cum illam tribus omnino annis infructiferam vidit, fuisit illam excidendi, indignum esse asserens, ut terram occuparet, in qua aliae arbores multiplicem fructum essent prolaturae. Plantavit nos Deus in vinea Ecclesiae, conceditque uberissimos gratiarum rores, ut operum bonorum fructus afferamus. Quodsi steriles maneamus, minatur Deus excidium, auferretque a nobis auxilia Divina, quibus alii indigent. Scimus quidem, quod hortulans praedilecti ficulnea intercedit, sed non exprimitur in parabola, an Pater-familias ejus precibus annuit. Cur hoc non exprimitur? ideo, ait S. Gregorius Nazianz. orat. in Baptisim. ut indicetur, valde dubium esse, utrum Dominus Deus etiam ad preces & intercessionem Sanctorum misericordiam illi exhibiturus sit, qui abutitur gratia, cui alter fructuose cooperaturus esset. Sunt in dume-

numerabiles extra Ecclesiam infideles, qui gratia quam nos bonorum operum vacuum relinquimus, vehementer indigent: quapropter Dominus Deus, ne tanta auxilia sint inaniter occupata, illa auferit indignis, & tradit egentibus, ut fructum capiunt. Avertat a nobis benignissimus Deus tantum supplicium! &c. &c.

Dominica III. Adventus.

CONCEPTUS LXVI.

De secundo adjumento proficiendi in Justitia Christiana, videlicet serii voluntate.

Miserunt ad Joannem, ut interrogarent eum, Tu quis es? Joann. 1.

Ad virtutem et salutem nihil requiritur aliud, quam serii voluntas.

Gentilium quidam de divinitate sui idoli vehementer dubitant, & hujus rei experimentum capiunt hanc phropham excogitavit, dicendo secum ipso: si Deum meum decipere & mendacii convincere potero, Deus non est: atqui decipiam illum, & mendacii convincam. Hinc in finem avicula clam in manus accepta perrexit idolum, quasvique Vivumne esset, an mortuum aliquid, quod manus teneret? cogitans tacite in animo: si tu responderas, esse vivum aliquid, vox una manus comprehensione avicula tem elidam, si autem dixeris esse mortuum aliquid, aviculum libere avolare permittam, sic in mendacium impingens, quidquid dixeris. Verum infernalis fycophanta, qui in idolo hospitatam, erat astutior seu tentatore, reulitque paucis: *Ut vis!* Mi Christiane, non ascendi quidem cathedram, ut captiosa tentatione te inducam, neque etiam sum ex illis Legatis, qui a Sacerdotibus & Pharisais missi prolixas disquisitione examinaverunt Joannem: nihilominus liceat mihi ecce te quærere? *Et quis es?* Anima tua vivam mortuam est? in statu gratia, aut odii Divini versaris? iustus aut peccator? & numero electorum aut reproborum es? Quid respondens? *Taces.* ergo ego in vicem tui responsum dabo, eamque non aham, quam illius idoli: *Ut vis!* ut bonus vel malus Christianus sis, ut virtutem aut vitium secteris, ut Deo aut damoni servias, hoc ex tua liberrima voluntate dependet. Sententia est cujusdam Sancti: (*Ap. Spir. scilicet. lib. p. ult. 110.*) *Quidquid toto corde, tota intentione, toto desiderio vis, id escertissime!* viso tuo corde & efficaciter mansuetudinem? mansuetus es! vis castitatem? castus es! & sic de ceteris virtutibus. Noli esse e numero eorum, qui falso sibi perfunderent, iustitiam Christianam, id est, bonam, piam, ac laudabilem vitam valde difficilem, aut omnino impossibilem esse. Non ita seres habet! ad hanc enim ascendendam pluribus opus haud est, quam serii voluntate: hinc Angelicus Doctor Thomas sorori suae ad importunitatem, & molestias ufque interroganti: *Frater quomodo saluabor* (*In Virg. Marr.*) nil aliud posuisti, quam *volo velle!* ubi

eim serii est salutis voluntas, tibi salus deesse non potest.

Serii autem eris, primo si fit prompta.

2. Proposito. Age, ultima vice necessitatem, & cooperationem gratiae Divinae, tanquam primum Iustitia Christiana adjumentum tibi exposui, jam de altero, in quo illa ipsa cooperatio consistit, videlicet serii voluntate agamus. Si quæras, quomodo & quando voluntas censatur esse serii? *Respondeo:* serii eris, si fit prompta, si sit pura, si fit ferma: An prompta, para, si firma erant materia, & tripartita divisio hodierni sermonis. Attendite: *Varete.*

§. I.

3. Confirmatio. Vis, mi Christiane, pie a virtute vivere? serii voluntate opus est! Ieri autem erit primo, si fit prompta hie morosa tergiversatione, sine tediola procrastinatione. Observatione dignum est, quod Christus Dominus Apostolos e mediis mundi negotiis, & etiam a statu peccati ad fit loquelam vocans, neminem bis vocavit, item quod nullus fuerit, qui moras traxerit, aut dilationem peterit. Vocavit Mattheum c. 9. sedentem in telonio, & iurgens secutus est eum. Nota vocalem *furgens!* Vocavit Petrum & Andream in mari piscantes, & continuo relicis retibus secutus fuit eum. (*Matth.*) Nota vocalem *continuo!* vocavi Jacobum & Joannem in navi reficientes retia sua; illi autem statim relicis retibus, & Patre secuti sunt eum. Nota vocalem *statim!* quibus vult indicari sanctos Christi Discipulos, ut primum clamantem Salvatoris vocem in auribus; & operantem Dei gratiam in animo senserint, sine omni mora, & preteris quorumcumque negotiorum obtaculis ad sequelam Christi festinave: Perpende fidem, & obedientiam vocatorum, ait S. Chrylostom. Hom. in 14. Matth. siquidem in medio ipsius operis, id est, piscationis, quo valde deliciosa est, cum audissent jubentem, nihil distulerunt, nihil omnino cuactati sunt. Non dixerunt, reverteremur domum, loquemur cum propinquis, consulimus amicos, faciemus dispositionem cum rebus nostris, expectabimus prius mortem parentum, & quo sunt similia, sed caeca promptitudine responderunt: Ecce me: sequar te quocumque ieris. Applica tibi hoc documentum, mi Christiane! egredere hodie e confessionibus, ubi deposita peccatorum sarcina propositum concepsisti, & sacro confidente arbitrio promissionem fecisti emendandam vitam. Age, vocat te Deus, operatur in te gratia Dei, cape generosam resolutionem, quod jam nunc *furgens continuo, statim* veterem excutere, & aliam vitae telamordii velis. Quod si inordinatos affectus retinere, ad pristinam familiaritatem, occasioneque reverti praeliamus, nisi non bis te vocabit Dominus Deus, auferet a te gratiam in vacuum tibi datam, & perire festinet. *Nescit varda motissima Spiritus Sancti gratia,* ait S. August. in Luc. 1. post init.

4. Ex eorum numero, qui tardio molimine Spiritus

ritus Sancti gratiam eludunt, sunt illi Christiani, qui cogitant, quando capillis me traxerit Deus per infirmitatem, per infortunium, per senium, tunc emendabo vitam, etas juvenilis ac vegeta non est virtuti conveniens: Errant hie miseri, periculum incurrunat aeterna damnatione, quia gratia, quam hodie negligunt, fortassis cras non est reditura: Deus non solet cofans regere, sed invitare. Tempore nascentis Ecclesiae solebant fideles bona sua communi erario suscipere, a quibus deus ex omnia Apostolis sustentabantur: (*Act. 4.*) inter hos erant quidam conjuges, Ananias & Saphira, qui pretium ex divendito agro redactum ad pedes Apostolorum venditio avulerant, sed partem aliquam pecuniam clam, ac fraudulenter sibi reservarunt. Quisvise Petrus, an tanti & non majoris agrum vendiderit? responderunt illi, tanti & non majoris: tunc enim vero excauduit ira Apostolorum Principes, subitaneum tam impudens mendacium non sibi, sed Spiritui Sancto fieri, & ecce! ambo illi conjuges repentinum malo corupti in terram corruerunt, & exspirarunt. Indicibile est, quantus terror in universo populo exortus fuerit: luere quam plarimi ex Judaeis, & Gentilibus, qui similes supplicii timore Christianam fidem amplexati sunt. Jam considerato hoc casum adis Apostolorum veritatem aliquot solia! Simon magus, (*Act. 8.*) ut ex Evangelizatione Philippus Diaconi veritatem Christianam nimum cum vidit, quod Apostoli per impositionem manuum darent Spiritum Sanctum, obtulit illis pecuniam, petens, ut & sibi potestatem conferrent Spiritus Sancti imperirent. Indignatus Petrus, verbis acerrimis in eum increpatus est, inquisi: *Pecunia tua sit tecum in perditionem.* Quid amplius? Nihil amplius! an non Magus substante mox extinclus concidit? Non concidit! Miror! an non peccatum Simonis gravius erat, quam illud Ananias? gravius utique fuit! cur ergo illud, & non etiam illud morte puniatur? Nimirum ne populus aditus & omnia oculis contuens opinaretur, velle Deum ad suam fidem ac famulatum homines metu mortis cogere: ita hinc dubio occurrit Occumenicus in hunc loc. *Non punit Petrus nunc Simonem, quem admodum prius Ananiam, ut ostendat fidem non esse necessarium sine continens.* En mi Christiane, frustra expectas vitam, aut miracula: Deus neminem cogit, sed invitad salutem, non vult fieri servus ex tristitia aut ex miseriae, *habeant enim datorem diligere.* (*2. Cor. 9.*) Coacta virtus illi non placet, sed voluntaria: Et hie de prompta voluntate sufficiunt, pergo ad alterum punctum.

§. II. Secundo si fit pura.

5. Vis, mi Christiane, pie ac virtute vivere? Serii voluntate opus est: serii autem eris, si fit, non solum prompta, sed etiam pura, id est, ad inordinato rerum temporalium affectu defacta. Sunt Christiani, qui cupiunt quidem fervire Deo, sed ita, ut non offendant disbe-

lunt: volant sectari virtutem, sed ita, ut opus non sit recedere a vitis: desiderant exlo frui, sed ita, ut simul non valeant mundo. Errant hie miseri! dum enim & temporalem, & aeternam felicitatem consequi volunt, perdunt utramque: voluntas virtutis & salutis studiosa debet pure tendere in Deum, cum contemptu, & si opus fit, etiam neglectu rerum mundanarum. Percipie, quomodo id inter media mundi negotia fieri possit.

6. Maria Magdalena cum piis consolabilibus tertia post mortem Redemptoris die summam veniat monumentum, ut aromatibus divinum cadaver condiret. Ad Christum jam revertetur & Angelus lapidem ab ostio sepulchri revolverat: inpexere mulieres specum, & ecce Angelus veste candida induus resurrectionem Divini Magistris illis annuaciat: *Iselum quæritis Nazarenam, surrexit, non est hic.* (*Matth. 28.*) Dum ulterius ingrediuntur, visent duos ibi Angelos, qui simul eandem veritatem confirmantes alabant: *Quid quæritis vivum cum mortuis? Non est hic, sed surrexit.* Tum omniviro abiete cætere mulieres, Magdalena autem armillime lacrymans perterrita sepulchrum: & rogant eam Angeli: *Mulier quid ploras? quibus illis? Tollent Dominum meum, sed nescio ubi posuerunt eum.* Paradoxa responsio! Mea Magdalena, mulier alius sapientissima, que consulto, aut perplexitas animum conturbat: si jam genia vice Angelorum testimonio audisti, Salvatore a mortuis resurrectum vivere gloriosum, & nihilominus neficire te ais ubi fit? an sensus deficiant, aut mente exerras? Seraphicus Doctor Bonaventura in Vit. Chr. c. 89. cordate affirmat, Magdalenam esse a se proflus alienam: quare? *quia anima diabolon erat tibi, ubi ipsa erat, sed ipsa erat, ubi Magister fuisse erat.* Eundem in morem, mi Christiane, in mediis mundi negotiis tibi agendum est! Petes quidem cum proximo colloqui, conversari, merari, emere, vendere, comedere, bibere, laborare, & cetera hæc; verum inter hæc omnia animus tuus per continous affectus & supbia Deo adherere debet: Nunquam observasti, quid circulus faciat? uno pede continuo & immobiliter in centro hæret, altero ad circumferentiam excurrit: ita tu corpore & exterioribus sensibus ad negotia & labores excurrere potes, quia tamen animus tuus a centro, id est Deo avellatur. Decipis & decipieris, cum ducis, futor fum, factor tum, agricola sum, mercator fum; ideo non possam vacare Deo; hæc enim opificia & artes, quibus pro conditione status familiarum sustentas, si ad Deum ordines, media ad quærendum, & inventiendum Deum tibi non minus sunt, quam Religioso intra Monasterium vivente palmodie, jejunia, & meditationes.

7. Verum illud proli dolor! maxime dolendum est, quod multi pulcherrimum hunc ordinem invadunt, & non tam temporalia ad Deum ordinant, quam Deum propter temporalia quarant. Hinc magis exoptant bona sua opera temporalia, quam aeterna remuneratio-

com-

compenfari, magisque letantur, fi corpore, quam fi anima tenet bene habeat. Cum Chriftus in urbe Caparnarum verfaretur, oblatum eft ei paralyticus, qui, quia morbo impeditus ad Salvatorem pergere nequibat, a quatuor viris apportatus fuit. (Matth. 9.) Fortiores, cum ad domum, ubi caecus Magifter docebat, ob multitudinem conferti populi accedere non poterant, quid fecerunt? Hem infulens inventum, in faltigium domus ascendunt, teclum aperiunt, perque patefactum foramen paralyticum ante Domini oculos, & pedes magna omnium admiratione demittunt. Quid eventus? *Vilens Jefu. fidem illorum dicit paralyticus: confide fili, remittitur tibi peccata tua!* O quantum animi confortationem conceperit infirmus ex tanto beneficio, videlicet culpam indulgentia: veram erro: neque enim verbulo legitur, quod Divino Benefactori grates retulerit: Et quare non? causa eft; quia non ideo deportari ad Jefum fe fecerat, ut animae, fed ut corporis confequeretur falutem; parum curabat animam infirmam, dummodo corpus reciperet fanum, prout exprefse in huic locum annotat S. Th. inquiens in cat. in 1. Reg. 2. *Quis plus ad corpus, quam ad anima tendebat curam.* Sic confituti funt multi Chriftianorum, follicites funt pro corpore, quam pro anima, primarias curas confecrante temporalibus, fecundarias aeternis, maipremque gratitudinem erga Deum fpirant, fi lucrum unius fierent, quam fi remiffionem peccatorum confequerantur. O inepti & miferi! fi nomen & partes boni Chriftiani adimplere defideratis, necesse eft, ut temporalia omnia ad Deum ordinare, eumque rebus omnibus praehabere difcatis: *Fravidebam Dominum in confpectu meo femper, quoniam a dextris eft mihi, ait David: (Pfal. 16.)* Quid vult dicere? a dextris collocamus perfonam honoratorem, a finiftris ignobiliorum: loquitur itaque David ad noftram inftructionem, ut Deum a dextris collocare, & omnibus mundi rebus par intentione antefere difcamus: *Dextera quippe anima eft, corpus finiftra, ait S. Antoninus Pl. 1. tit. 1. ca. 2. ubi. fi ergo corpus fecerim anima: Rapiat homo bona fortuna, filios mulier, verberet carnem, amicos auferat, Et omnia qua potest, male perficiat, dummodo ad dexteram nunquam peringat.* Atque huc de pura voluntate: fupereft tertium punctum.

§. III. Tertius, fi fit firma.

B. Vis, mi Chriftiane, pie ac virtuose vivere? feria voluntate opus eft: feria autem eris, fi fit non folum prompta & pura, fed etiam *Firma*, id eft in bono conftanter roborata, & genere peccatis contra quacunquam difficultates. Gentilis Imperator Cajus praecipit in templo Hierofolymitano Jovis fimulacrum collocari: Judaei autem tante impietati, prout par eft, viribus omnibus obftabantur, parati potius patriam, fortunam, & vitam perdere, quam in tantum nefas confeantur; ita enim, teftis Philomone lib. de Legat. ad Cajum, ad Impera-

tozem referriperunt: *Decedimus urbibus, cedimus privata poffeffionibus, fupellilem in praedam offerimus, nequa in teoplo invenitur: id fi non imperavimus, necantur nos probemus, ne videamus vici, quod eft morte gravior.* Mi Chriftiane, fi post conversionem tibi infernalis idololatriam peccati obtrudere velit, tu parum in modum omnia bona, vitamque ipfam periculum, quam Dei gratiam perdere paratus esto.

9. O quam crasce cum periculis fue damnationis hallucinatur illi, qui ut ufum inconftantiam confefario exculpente, obtereare folent: Non poffum me fine difpendio famae avellere ab illis occafionibus, nolo offedere perfonam complicem, a qua tenere amor, rifum facio confodalibus, amici fuaente fequitor, necesse eft, ut ad mundi genium vivam, & que funt fimilia: quamquam enim indobitant perfuafus fim, neminem e Chriftianis certius damnatum iri, quam qui innocentem aut poenitentem animam, que viam falutis recens ingrediuntur, blanditiis, promiffionibus, infidiis, miniftratione, rifu, vexationibus, ut ad quovis alio modo prorfus diabolo in viam pervertant, id eft, ad priftina peccata revocet; nihilominus tibi, mi Chriftiane, qui post acceptam ferre conversionis gratiam huic ipfi perverfofionum locum importunitati facile cedis. Nominem Deo dico, ac denuncio, hanc tam exentem confonem Divino tribunali nullius ponderis futuram: peribis una cum illis, qui fidelitatem, quam Deo in Sacramento promiffi, nullius bonifpe, & nullius mali meta frangere debuiffes; blandiar caro, fremat mundus, tener demon, perfeverandum eft firmiter in cepto emendationis propofito.

10. Age, dabo tibi mirae conftantiae exemplum, in difpare quidem fed tali causa, quam & in tua imiteris. Thomas Nobiliffimus Parentibus Londini in Anglia natus, iis erat natura & gratie dotibus ornatus, ut a rege ad luminum Cancellariae manus, & paulo poft Cantuarienfem Archiepifcopatum maximo totius regni applaufu fuerit evedtus. Verum quam iuvenes ac fixati funt hominum favores! cumenim Henricus II. Angliae Rex (Scrius Ribad. Et alii 29. Dec.) convocatis regni proceribus leges ferret immunitatis ac dignitatis Ecclefiafticae repugnantes, quibus fupremam poteftatem tam in perfonas, quam bona Ecclefiarum fibi arrogabat, Thomas adeo conftanter regie cupiditati obftitit, ut neque pollicitationibus, neque terroribus de fententia fe dimoveri fe paffus. Fuae Regni Principes, qui cum additis obfecrationibus hortabantur, ut poftquam Regis mandato fuma Regni cepta fubfcripiffet, etiam ipfe fubfcriberet, ni mala maxima in caput fuum contrahere vellet. Verum iaculatus; perfittit Thomas inconcuffa firmitate, malle fe, & inquit, Regis quam Dei gratiam perdere. Tum Rex omnes ejus confanguineos, amicos, ac familiares fuis dignitatibus exait, bonis omnibus fpoliavit, fimulque jurifurandi Religione obtrina-

obftinat, ut omnes Thomam Epifcopum adirent, eumque miserabili calamitatis afpectu ad Regis voluntatem fequerent: verum illo non reffpexit carnem & fanguinem, neque ullo humanitatis fenfu fuam pallofalis officii conftantiam labefactari permiffit. Fremebat populus, & Thomam perduellionis, ac male Maledictorem proclamabant, parumque abfuit, quin illud ad mortem expolceret. An ceffit? Nec unquam! Ergo expedivimus emiffit milites, qui Thomam in vincula traherent: verum Sanctus Vir praecognitione incarcerationis periculo multitudini ac ira Regis cedendum ratus valedicta patria exilium elegit. Tum Romam ad Alexandrum III. Pontificem fe contulit, a quo benigniffime acceptus, & inde profectus Monachis Pontiniacenfis Monafterii Ordinis Cifterciensis commendatus fuit, ubi Sanctus Vir integro biennio velle celticina indutus & non nifi herbis ac leguminibus vifitantem eam fanctitatem, humilitatemque fpirabat, ut nec de fua dignitate, nec de perfectione, nec de Regis iuftitia vel verbalum movere audiretur. Et ecce! dum ea folitudine ad animi folatium fruirit, Rex Henricus ad Abbatem litteras mittit, quibus & Monasterio, & toti Cifterciensi Ordini male Maledictorem, & toti Cifterciensi Ordini male Maledictorem, Quare Sanctus Dei famulus, me tuens, ne Cifterciensis familia fui causa perfectionem patereur, ultro difceffit, & Ludovicum Galliarum Regem ejus invitavit convenit, ubi tandem fuit, docec fummo Pontifice, & ipfo Rege caulam ejus agentibus fuma totius regni gratulatione ab exilio ad fedem fuam Archiepifcopalem revocatus fuit. An pax stabilita fuit inter Regem, & ipfum? Haud diu: dum enim Thomas boni Paftoris officium fedulo exequitur, peffimi quidam calumniatores ad Regem deferunt, eum contra Regis dignitatem, & publicamque regni tranquillitatem nefcio qua machinari, ita ut Rex vehementer indignetur, fepius conquereretur, fe in regno fuo cum non faerdone pacem habere non poffe. Ex hac Regis dicto malevoli quidam judicabant, fe gratiffimum Regi obsequium praefituros, fi Thomam e medio tollerent: quare illam, dum velperfifis horis in templo vacaret, armata manu profequuntur. Currant quidem Clerici, & contra tumultuolorum irruptionem portas occludunt: Verum Sanctus Vir eafdem referans dicendo, Ecclefiam non eife custodiendam more castrorum atque intrepidum animo latronibus obviam procedens; obftitatus eft illos, ut nemini praefentium nocerent, tum ad altare progreflus, ibique genuflexus Deo animam commendans facinoroforum gladiis adeo crudeliter confectus eft, ut fanguine ac cerebro totum pavimentum tepeftum foerit. Quid ex hac hiftoria ad eem noftram? Illud, quod inconcuffa fancti Viri conftantia nullis artibus quocunquam validis potuerit expugnari. Non ille Regis potentia, neca procerum iudiciis, nec amitorum calamitate, non populi tumultu, non exilio, & bonorum omnium jactura potuit in-

tranfverfum agi. Tu vero, mi Chriftiane qualis es? Eheu! omni arundine mobilior! una malevolorum irrito, una amitorum perfectione, una blandientis proci invitatio fufficit ad Deo tergum veritas, & a captivitate fua declines. 11. Epilogus. Repeto igitur interrogationem jam ter factam: Vis pie ac virtuose vivere? feria voluntate opus eft: feria autem erit voluntas, fi fit *Prompta*, ita ut fine faltidiosa dilatione ad morem Apoftolorum ftatim Dei vocantis vocem fequaris. Seria erit voluntas, fi fit *Pura*, ita ut in omnibus dictis, factis, & cogitatis Deum quaras. Seria erit voluntas denique, fi fit *Firma*, ita ut nullis obftaculis & difficultatibus a cepto virtutis propofito avocari, & retardari te permittas. En tuum virtutis negotium dependet ex feria voluntate: hinc rem omnem concludit S. Augustinus l. 8. conf. 99. ficur dum imperat animus moveret manus, ita tanta eft facilitas virtutis, ut vix a fervitio difcernatur Imperium, &c. &c.

Dominica IV. Adventus.

CONCEPTUS LXVII.

De feria adjumento proficiendi in iuftitia Chriftiana, videlicet auditione, & lectione Verbi Domini.

Praedicans Baptifimum Poenitentiae in remiffionem peccatorum. Luc. 3.

Verbum Dei conducit homini ad plam vitam & perfectionem Chriftianam.

1. Sancti Evangelifae! ero omnine totius Chriftiani populi impendiffimas vobis grates refero pro Apoftolico labore, quo Nativitatem, vitam, miracula & paffionem, ac mortem Domini Redemptoris defcripiffis. Certe veftium Evangelium featurigo & fons eft, ex quo ingentia SS. Patrum volumina, Theologorum commentaria, & Afceterum libri immenso in numero profluxerunt, quibus populus Chriftianus ad fugam peccati, ad exercitacionem virtutis, & Chrifti imitationem accenditur & extimulatur. Liceat mihi cum Devotiffimo Thoma Kempfe fer. 26. v. 6. felices pronunciare veftas manus ac digitos, quibus sacros Evangeliorum codices potenteris memorie, ufubique femperiternis confecraftis; funt namque hi codices *arma Chervicorum, ornamenta Ecclefiam, virtus, & thauri Doctorem, tubae vocatorum, quibus devotorum, reftantia fanctorum, luminaria fidulum, fementaria virtutum, organa Spiritus Sancti.* Beatus qui diligenter eos perlegit, & attente perpendit. Et tibit etiam fanctiffime Chrifti Dominum Praecurfor Joannes fanctiffimas grates rependo pro Verbi Divini praedicatione, qua fpero & Judaeos, & gentiles, & peccatores omnes ad Chriftum converteandos; esto enim cor humanum fuperbie muris inftar urbis Jerichontinae vallatum efit, verbum Divinum efit tuba faederalis hac moenia proferrens. Esto cor humanum obftinatum, du-